✝

Reverende in Chro Pater

P. C.

Per Chmum Wasilewski, qui ex gratia Ræ Vræ et Rdi
Patris Rectoris Polocensis e Ceemissimam pro domo Vra
Professa deduxerat, scripsi Ræ Vræ, misiq. plures
literas inscriptas Ræ Vræ inter illas etiam Romanas
binas. Ut Ra Vra dignetur mihi significare an istæ
literæ pervenerint ad manus Ræ Vræ obnixe rogo.
Quia Chmus Wasilewski abiit Vilnâ retrò Polociam,
in ipso maximo motu et numerosissimis fluctibus Exerci-
tuum Orientalium cum Kalmucis, Kosacis etc. tum ex Vilnen-
si Mra Civitate, tum a Cauna ex Samogitia, tum a Grodnen-
si et Trocinensi tractu, per Vilnam recto itinere
versus Polociam iter promoventium, ideoq. præfatus
Chmus ob securitatem reditus sui, debuit se adiungere
cuidam Colonello Orientalium Polociæ bene noto, et
Nostris Polocensibus bene familiari; cum illo itaq. abiit
Polociam. Rogo proinde Ram Vram an is revera
pervenerit, et literas a me directas Ræ Vræ
in integro reddiderit. Post abitum eius
nullas literas accepi ad Ram Vram. Posta Varsa-
viensis a tribus septimanis nulla venit. De

gradu =

graduandis et Gub: Nihil est. Imo etiam de alijs rebus sciendis nulla est Notitia. Circum circa Vilnam omnia in rapinas acta, et Multa in cineres redacta. etiam Vilnae multae rapinae factae. in Collegio quoque Nrô, et in domo Probationis. Abijt itaque Orisas cum suo Exercitu versus Polociam. Per integras duas hebdomadas et amplius per Vilnam continui erant fluxus Orientis illuc tendentis. Serenissimus Carus iam moto Exercitu venerat iterato Vilnam et hîc moratus per dies aliquot, iuit ad sua Castra. Post illum Illmus Dux Oginscius manserat adhuc Vilnae tribus diebus, sed et ille heri abiuit. Modo vacua Vilna hospitibus. Sed breui timentur alios Contrariae partis praesertim a Liuonia.

De Exercitu Aquilonari Nihil certi Constat. Spargebatur hîc Aquilonem iam fuisse Grodnae et ibi in Collegio Nostro Principes illorum posuisse stationem. Sed modo hac de re tacetur. Nullam Notitiam habemus Grodnâ. Sumus veluti in obsidione. Dicitur Posta Ordinaria Grodnensi et Varsauiensis totaliter tollenda quia sumptus pro illa promouenda desunt.

Has

Has Literas mitto in postam Mohiloviensem. Reddat me certiorem Rā Vrā utrum illæ pervenient ad Ram Vram. Si pervenient istæ, tum ad Ram Vram dirigam per eandem postam et alias quascunq. scribentur ad Ram Vram, imo etiam alia Necessaria scienda. Quod si non pervenerint istæ, debebo subtrahere calamum et expectare securiora itinera atq. occasionem de periculis non suspectam.

Me SS mis Rā Sacrificijs et Gratis commendo.

Rā Vrā

Servus in Chrō humillimus

Christophorus Lu[illegible]

S. J.

Vilnæ 17 Febr. 17[illegible]

Reverendo Patri, in
Chrō Patri Joanni
Bielski Societatis
JESU Præposito Pro=
vinciali per Provin=
ciam Lithuaniæ
Mohiloviæ 2 Vitsent